

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1. Vtrum fuerit conueniens Christum ascendere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

Q V A E S T . L X V I I .

E T C I R C A hoc quæruntur sex.

- ¶ Primò, Vtrum fuerit conueniens Christum ascendere.
- ¶ Secundò, Secundum quam naturam conueniat sibi ascensio.
- ¶ Tertiò, Vtrum propria virtute ascenderit.
- ¶ Quartò, Vtrum ascenderit super omnes cœlos corporeos.
- ¶ Quintò, Vtrum ascenderit super omnes spirituales creaturas
- ¶ Sexto, De effectu ascensionis.

A R T I C U L U S P R I M U S .

Vtrum fuerit conueniens Christum ascendere.

g. dl. 22. q. 3.
art. 1. Et op.
g. ca. 247. Et
op. 60. ca. 23.
princip.
lib. 2. con. 64.
§ 5. 66. 10. 2.
AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non fuerit conueniens Christum ascendere. Dicit enim Philosphus * in 2. de Cœl. quod illa, quæ optimo modo se habent, possident suum bonum sine motu: sed Christus optime se habuit: quia & secundum diuinam naturam est summum bonum, & secundum humanam naturam est summè glorifica tus. ergo suum bonum habet sine motu: sed ascensio est quidem motus. ergo non fuit conueniens, & Christus ascenderet.

lib. 14. cap. 3.
§ 6. 66.
 ¶ 2 Præter. Omne quod mouetur, mouetur propter ali quid melius: sed Christo non fuit meius esse in cœlo quam in terra: nihil enim accretuit sibi per hoc, & fuit in cœlo, neque quantum ad animam, neque quantum ad corpus. ergo videtur, quod Christus nō debuerit in cœlum ascendere.

lib. 14. cap. 3.
§ 6. 66.
 ¶ 3 Præterea. Filius Dei humanam naturam assumpsit ad nostram salutem: sed magis fuisse salutare hominibus, quod semper conuerfaretur nobiscum in terris: unde ipse dixit discipulis suis Luc. 17. Venient dies, quando desideratis uidere vnum diem Filii hominis, & non videbitis. uidetur ergo, quod nō fuit conueniens Christum ascendere in cœlum.

lib. 14. cap. 3.
§ 6. 66.
 ¶ 4 Præterea. Sicut Gregorius * dicit 14. Moral. corpus Christi in nullo mutatum fuit post resurrectionem: sed non immediate post resurrectionem ascendit in cœlum: quia ipse dicit post resurrectionem Ioan. 20. Nondum ascendi ad patrem meum, ergo videtur quod nec post quadraginta dies ascende debuerit.

S E D C O N T R A e s t , q u o d D o m i n u s d i c i t I o a n . 2 0 .

Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum.

R E S P O N D E O . Dicendum, quod locus debet esse proportionatus locato. Christus autem post resurrectionem, vitam immortalem, & incorruptibilem inchoauit. Locus autem, in quo nos habitamus, est locus generationis & corruptionis: sed locus cœlestis est locus incorruptionis, & ideo non fuit conueniens, quod Christus post resurrectionem remaneret in terris, sed conueniens fuit, quod ascenderet in cœlum.

lib. 8. c. 7. t. 3.
Q. 2. 6. 66.
A D P R I M U M ergo dicendum, quod illud optime se habens, quod sine motu possidet suum bonum, est ipse Deus: quia est omnino immutabilis, secundum illud Malach. 3. Ego Deus, & non mutor. Quælibet autem creatura est mutabilis, aliquo modo, ut pater per Augustin. * 8. super Genes. ad literam. Et quia natura assumpta a filio Dei, remansit creatura (ut pater ex his, quæ supra † dicta sunt) non est in-

A R T I C . I .

F conueniens, si ei aliquis motus attribuatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod per hoc, & Christus ascendit in cœlum, nil ei accretuit, quatum ad ea, quæ sunt de essentia gloriae, siue secundum corpus, siue secundum animam, tamen accretuit ei ali quid quantum ad loci decentiam, quod est ad bene esse gloriae: non quod corpus eius aliquid, aut perfectionis aut conseruationis acquireret ex corpore cœlesti: sed solummodo propter quandam decentiam: hoc autem aliquo modo pertinebat ad eius gloriæ. Et de hac decentia gaudium quoddam habuit, non quidem quod tunc de nouo de hoc gaudere inciperet, quando in cœlum ascendit: sed quia nouo modo de hoc gaudius est, sicut de re impleta: unde super illud Pslal mi 15. Delectationes in dextera tua usque in finem, dicit glossa. Delectatio & letitia erit mihi in consensu tuo, humanis obtutibus subtrahit.

AD TERTIUM dicendum, quod licet præsentia corporalis Christi fuerit subtrahita fidelibus per ascensionem, præsentia tamen diuinitatis ipsius semper adest fidelibus, secundum quod ipse dicit Matth. ultimo, Ecce, ego uobis sum usque ad consumationem seculi. Qui enim ascendit in cœlos, non deserit adoptatos, ut Leo Papa dicit: sed ipsa ascensio Christi in cœlum, qua corporalem suam præsentiam nobis subtraxit, magis fuit utilis nobis, quam præsentia corporalis fuisset. Primo quidem propter fidei augmentum, quæ est de non uis: unde ipse Dominus dicit discipulis suis Ioann. 16. quod Spiritus sanctus adueniens arguet mundum de iustitia, scilicet eorum qui credunt, ut Augustinus, * dicit super Ioann. Ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est vittuperatio: unde subdit, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: beati enim qui non vident & credunt. Erit igitur vestra iustitia, de qua mundus arguetur, quoniam in me quem non videbitis credentis. secundo, ad spei subleuationem: unde ipse dicit Ioann. 14. Si abierto, & preparauero uobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, ut vbi ego sum, & vos sis. Per hoc enim, quod Christus humanam naturam assumptam, in cœlo collocauit, dedit nobis spem illuc perueniendi quia vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquile: ut dicitur Matthæ. 24. unde & Michæl. 2. dicitur, Ascendit pandens iter ante eos: tertio ad erigendum charitatis affectum in cœlestia: unde dicit Apostol. Colos. 3. Quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapientia, non quæ super terram: ut enim dicitur Matthæ. 6. Vbi est thelaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et quia Spiritus sanctus est amor, nos in cœlestia rapiens, ideo Dominus dicit discipulis Ioann. 16. Expedit vobis ut ego uadam: si enim non abierto, paracletus non veniet ad vos: si autem abierto, mittam eum ad uos: quod exponens Augustinus, * super Ioan. dicit, Nō potestis capere Spiritum, quandiu secundum carnem nosse perfiliatis Christum. Christo autem discenden te corporaliter, non solum Spiritus sanctus, sed & Pater, & Filius illis affuit spiritualiter.

AD QUARTVM dicendum, quod licet Christo resurgent in uitæ immortali congrueret locus cœlestis: tamen ascensionem distulit, ut veritas resurrectionis comprobaretur: unde dicitur Act. 1. quod post passionem suam præbuit seipsum viuum discipulis, in multis argumentis per dies quadraginta. Vbi dicit quædā gl. * quia post quadraginta horas mortuus fuerat, quadraginta diebus se uiuere confirmat. Vel per quadraginta dies

^{alias 70.} dices tempus * praesentis saeculi, quo Christus in A eccllesia conuersatur, potest intelligi: quia homo constat ex quatuor elementis, & eruditur contra transgressionem decalogi.

^{¶ Super Quæstio 57.}
Art. secundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum conueniat Christo ascendere in celum secundum diuinam naturam.

T Itulus, vt sonat sumen-

dus est.

In corpore pon-

tur vna distinc-

tionis cum suis

conclusionibus. Di-

scendit circa ly-

secundum quod, &

cœculationes iuxta cla-

ra. Vbi nota in hac

matena, & fecit ipsi

postum diuinum pa-

sum est secundum na-

turam humanam, vt

ly secundum, dicit

conditione in paten-

tiis, ita persona filii

Dei estille, qui alce-

dit in celum secun-

dum naturam huma-

nam, vt naturam

alcedentem: & fe-

condum naturam di-

uinam, vt causam

alcedonis.

Deus: non enim humana eius natura ante in ce-
lo fuerat, sed diuina: ergo videtur, qd Christus al-
scenderit in celum, secundum, qd Deus.

¶ 3. Præt. Christus sua ascensione ascendi ad Patrem: sed ad patris æqualitatem non peruenit, se-
cundum, qd homo: sic enim dicit, pater maior me est, vt habetur Ioan. 14. ergo videtur, qd Christus alcedid secundum, qd Deus.

SED CONTRA est, qd Eph 4. super illud, quod
autem ascendit, quid est nisi quia & descendit, di-
citgo. * Conflat, qd secundum humanitatem
Christus descendit, & ascendit.

RESPON. Dicendum, qd ly secundum, duo po-
test notare, conditionem alcedentis, & causam
alcedonis. Et si quidem designat conditionem
alcedentis, tunc alcedere non potest conuenire
Christo secundum conditionem diuinæ naturæ,
tum, quia nihil est diu initate altius, quo posse
alcedere: tum etiam, quia alcesio est motus lo-
calis, qui diuinæ naturæ non competit, quæ est im-
mobilis, & inlocalis: sed per hunc modum alce-
sio competit Christo secundum humanam natu-
ram, quæ continetur loco, & motui subiecti potest
vnde tu hoc sensu poterimus dicere, qd Christus
ascendit in celum secundum, qd homo, non
secundum, qd Deus: si vero ly secundum, qd
designet causam alcedonis, cum Christus ex vir-
tute diuinatis in celum alcederit, non autem
ex virtute humana naturæ, dicendum est, qd
Christus alcedit in celum, non secundum, qd
homo, sed secundum, qd Deus: vnde Aug. †
dicit in sermon. de Ascensione, De nostro fuit,
qd filius Dei peperit in cruce, sed de suo, qd
ascendit.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd auctori-
tales illæ, propheticæ dicuntur de Deo, secundum
quod erat incarnandus: potest tamen dici, qd
alcedere, et si non proprie conuenit diuinæ na-

turæ, potest tamen ei metaphorice conuenire,
prout scilicet dicitur, in cor hominis ascedere,
qñ cor hominis se subiicit, & humiliat Deo. Et
eodem modo metaphorice dicitur ascendere, re-
spectu cuiuslibet creaturæ, ex eo, quod eam su-
biicit sibi.

AD SECUNDVM dicendum, qd ipse
idem est, qui ascendit, & qui descendit (dicit enim
August. † in libro de Symbolo, Quis est, qui de-
scendit? Deus homo quis est, qui ascendit? idem
ipse Deus homo.) descendens tamen duplex attri-
butur Christo: vñus quidem, quo dicitur descen-
disse de celo, qui quidem attribuitur Deo homi-
ni, secundum qd Deus: non enim est iste de-
scensus intelligentius secundum motum localem,
sed secundum exinanitionem, qua cum in forma
Dei esset, serui formam suscepit: sicut enim dicitur
exinanitus non ex eo, qd suam plenitudi-
nem amiserit, sed ex eo, qd nostram parvitatem su-
cepit, ita dicitur descendisse de celo, non qd co-
culum deseruerit, sed quia naturam terrenam assu-
misit in unitatem personæ. Alius autem est de-
scensus, quo descendit in inferiores partes terræ, ut di-
citur Eph. 4. Qui quidem est decessus localis, vn-
de competit Christo secundum conditionem hu-
manæ naturæ.

AD TERTIVM dicendum, qd Christus dicitur ad
patrem alcedere, in quantum ascendit ad consel-
sum paternæ dextere: quod quidem conuenit
C Christo aliquiter secundum diuinam naturam,
aliqualiter autem secundum humanam, secundum
qd infra dicetur.

^{¶ Super Quæstionis}
57. Articulum 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus ascenderit propria
virtute.

AD TERTIVM sic proceditur.
Videtur, qd Christus non
ascenderit propria virtute. Dici-
ture enim Marc. vlt. qd Dominus
Iesus postquam locutus est di-
cipulis, assumptus est in celum.

Et Act. i. dicitur, Videntibus il-
lis eleuator est, & nubes suscep-
tive eum ab oculis eorum: sed
illud quod assumitur, & eleua-
tur, ab alio vide moueri. ergo

Christus non propria virtute,
sed aliena cerebatur in celum.

¶ 2. Præter. Corpus Christi sicut
terrenum, sicut & corpora no-
stra: corpori autem terreno, cōtra
naturā est ferri sursum. nullus
autem motus est ex propria virtu-
te eius, quod cōtra naturā mo-
uetur. ergo Christus non ascen-
dit propria virtute in celum.

¶ 3. Præt. Propria virtus Christi
est virtus diuina: sed motus ille
non ut fusile ex virtute diuina:
quia cu virtus diuina sit infinita,
motus ille fusile in infiniti, & sic
non potuisse uidetur. discipu-
lis elevari in celum, ut d Act. i.

ergo ut, qd Christus non as-
cenderit propria virtute.

SED CONTRA est, qd d Act. i.
Tertia S. Thomæ.

li. 4. e. 7. circa
prin. to. 9.

¶ Super Quæstionis

57. Articulum 3.

T Itulus clarus.

In corp. ar. con-

clusio est: Christus

alcedit in celo pro-

pria virtute, primo

quidem diuina, secu-

do aut animæ glori-

ficata, mouēis cor-

pus, prout vult. Decla-

ratur cōclusio, distin-

guēdo virtutē huma-

nā in virtutē natu-
ræ & virtutē gloriæ, &

exclusa virtute nau-

rali asserēdo duas o-

piniōes de radice vir-

tuis gloriae. s. vel ex

parte lucis cœlestis,

vel ex parte beatitu-

dis aīq. Et p. ermis-

la prima opinione,

q. beatitudine aīq. in

dei participatione cō-

sistit, infēct cōclusio

quo ad oīs sui par-

tes clarissima, ita qd

expositione nō eger.

Aduerte hic, qd cū

di. Christū ppriavir-

te gloriificata aīq.

alcedisse in celū, nō

it. illigit, nisi de ipso

lo. al motu alcesio-

nis virum n. virtute

gloriificata aīq.

poterit motu illo pene-

trare celos, alia qd hio

est inferus tractāda.

Z 4. Super